alterum/ alium creatorem introdu~~cunt~~centes. Quidam autem ipsorum,
(est enim multiformis haec deceptio) plane et coelum ~~ipsum~~
et quae in eo sunt, omnia ab ipso boni Principii producta
esse, asserere ausi sunt. Verum si coelum, juxta ipsorum furorem,
opus est Mali, quomodo Deus Bonus in coelestibus illis con-
quiescit; ~~et~~ et si coelum aëres et terram, et aquas ~~am~~
ambit (etenim et ~~terra inferiora~~ subterranea includit) quomodo, cum Dei
coelestis domus sit, opera Principii mali terras inquam et
ignes et aëres complectitur? ~~imo vero non~~ Neque complectitur
tantum, sed et ~~intime~~ gubernat? Ex ortu enim Coeli, et
occasu, ut et ex astris, quae ~~in~~ etiam ad ipsum spectant ~~coelo sunt~~, terra, aqua, aër,
et ignis, juxta Dei providentiam, et bona temperatura ~~fruuntur~~
et ad commune bonum mult~~as~~am. vicissitudinem ~~influxum~~ ~~suppeditant~~ experiuntur,
humanoque generi, atque aliis animantibus, ad praesentes neces-
sitatem idonea redduntur. Imo vero si ex malo principio
ortum traxit coelum, quo consilio Servator noster admirabiles illas
et tremendas orationes nobis praescribens et docens nobis praeit:
Pater noster qui es in coelis. Idem Sanctificetur nomen tuum, fiat
voluntas Tua sicut in coelo et in terra? Quomodo igitur
opifex omnium creaturarum rerum habitat in alieno domicilio,
et quidem malo, ~~et~~ et quod opus sit mali? Alibi
idem Salvator, ubi praecipit misericordes nos esse,
Nisi remiseritis, ait, hominibus peccata ipsorum, nec vobis
remittet Pater vester coelestis. Et denuo,

Coelum mali principii crea-
tura.